



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Error Balduini & Vulgati interpretis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

tus est ab interprete Vulgato. Tam facile in errores incident, qui Hebrææ linguæ ignari, solos interpres consulere coguntur. Praecedenti capite ostendimus, **חפירות העכרים** *ornamenta compedum* esse, quas aureas in Oriente mulieres habuerunt ad ornamentum pedum. Ut plane erraverit Vulgatus interpres, qui *ornamenta calceorum* transtulit. Sed non minus peccavit cum id quod sequitur **וְהשְׁבִיטָם וּלְעַנְלָתָם** *lunulas* reddidit: Etenim hæc vox non notat *lunulas*, sed ea quæ sequitur quam etiam **υνάστατα** verterunt Græci interpres. Si apud Vulgatum verbis transpositis legagamus, *torques* *lunulas*, melius hæc respondebunt vocibus Hebræis. Sed error Vulgati in alium pertraxit Benedictum Balduinum. Nam cum legisset Deum ablaturum *ornamenta calceorum* *lunulas*, putavit *lunulas* ad ornamentum calceorum pertinere: quod tamen secus est. Etenim licet in Oriente frequens olim fuerit lunularum usus, nunquam tamen lunulæ ornamenti calceorum fuerunt. De Turcis quidem nonnulli

208 De CALCEIS HEBRAOR.

Herbert.
Itiner.
pag. 123.

nulli prodiderunt memoriæ , quod calceos habeant lunulis ferreis corniculantibus munitos. Sed vestitissimis temporibus inter ornamenta mulierum lunulæ aureæ fuerunt, quas non in calceis , sed è collo pendentes habebant.

Jud. 8. 21.
26.

Jud. 8. 26.

IV. In Oriente fuisse frequenter lunularum usum liber Judicum ostendit , in quo inter ornamentum Regum Midianitarum שׂרְוִיּוֹת fuisse legimus , quod ornamentum fuit lunularum in modum concinnatum. נֶקְעַת torque vertit quidem Jonathan , & Vulgatus tum bullas tum ornamenti , tamen qui ad Hebræam vocem diligentius attenderunt lunulas reddiderunt. Μηνίσκοις habent LXX interpretes. Nisi quod uno in loco in Veneta & Complutensi editione legatur וְלֵבָב תְּאַנְּבָב στְּפָנָנָב , quod est ipsum Hebræum שׂרְוִיּוֹת . unde στρεψης , uti ex חֲנָה factum est גִּיסָּה , vel סִבָּה , ex נְרוֹת גְּלָמִים proselytus , & sexcenta alia , de quibus erudit monuerunt , ubi tamen in editione Romana est וְלֵבָב מְנִינָה . Chaldae pariter Lunam כְּדָא vocant , unde apud ipsos פְּהָרָגִין sunt .